



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam**

**Luther, Martin**

**Haganoæ, [15]26**

**VD16 B 3890**

Capvt Secvndvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35968**

I O N A

runt, præ uehementi maris prœcel  
la quæ super eos irruerat. Clama-  
runt igitur ad dominū & dixerunt,  
Obsecramus domine, eia ne pere-  
mus propter animam hominis hu-  
ius, & ne des super nos sanguinem  
innocentem, quoniam tu domine,  
quemadmodum uoluisti fecisti. Tu  
leruntq; Ionam, & proiecerunt in  
mare, & stetit mare a furore suo. Et  
timuerunt homines timore magno  
dominū, & immolarūt uictimā do-  
mino, & uouerunt uota. Et parauit  
dominus pīscem magnum, qui de-  
uoraret ionā. Et fuit ionā in uentre  
pīscis, treis dies, totidēq; noctes.

C A P V T S E

C V N D V M.

Ora



IONA

**O**Rauit autē Iona ad dominum  
deum suū de uentre ceti , & ait  
Clamaui in tribulatione mea  
ad dominum , & respondit mihi ,  
de uentre inferni ululaui , audisti  
uocem meam .

Porro abiecisti me in profundum  
in cor maris , & aqua circundedit  
me omnes catarrhae tuæ & flu-  
ctus super me transierunt .

Et ego dixi , reiectus sum a cōspe-  
ctu oculorum tuorum , nec porro  
respiciam templum sanctum tuum .

Complexæ sunt me aquæ usq; ad  
animam , abyssus circundedit me ,  
& alga tegumētum est capit is mei .

Ad fundamenta montium descē-  
di , terræ repagula circa me perpe-  
tuo , & ascēdere fecisti de interitu ui-  
tam meam domine deus meus .

IONA

Quom uiribus destitueretur su-  
per me anima mea , Domini recor-  
datus sum, et uenit ad te oratio mea  
ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitates , frustra  
misericordiam relinquunt .

Et ego in uoce laudis immolabo ti-  
bi , quæ uouī persoluam , seruatori  
Domino .

Et dixit dominus pisci , et euomuit  
Ionam ad aridam .

C A P V T T E R T I U M

**E**T factum est Verbū Domini  
ad Ionam , altera uice , dicens .

Surge uade in Nineue ciuitatē  
ingentē , & prædicta in ea sermonem  
quem ego loquor tibi . Surrexitq;  
Iona , & peruenit usq; Nineuen , iu-  
xta Verbū Domini . Nineue autem  
ciui